



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

CXXIV. Markgraf Woldemar bestätigt dem Pfarrer zu Gardelegen eine von  
Ritter Hermann Balch beigelegte Wiese bei Ketzig, am 20. März 1315.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

**CXXIII.** Markgraf Woldemar befreiet das Land Gardelegen von jeglicher Steuerpflicht für sich und alle seine Nachkommen, am 7. Dez. 1309.

Woldemarus d. g. Brandenburgensis, Landisbergensis et Lufacie Marchio tutorque incliti Joannis de Brandenburch Marchionis vniuersaliter singulis ac singulariter vniuersis Incolis, videlicet Militibus, Armigeris, Burgenfibus, villanis seu Rusticis ac ceteris hominibus cuiuscumque seu conditionis sine status extiterint, bona in pheodata libera sine hereditaria in terra Gardelege habentibus, siue etiam inibi siue alias resideant, precariam de talibus bonis omnibus exnunc et in perpetuum, ita quod nullam penitus ab ipsis exigi aut recipi volumus, dimissimus totaliter et per presentes litteras indulgemus. Quam quidem dimissionem seu indulgionem non solum a Nobis verum etiam a nostris heredibus et successoribus perpetuo volumus inuiolabiliter obseruari. Proinde predicti homines Nobis Quadringentas Marcas Argenti brandenb. et ponderis in numerata pecunia persoluerunt, de quibus ipsos tam presentes quam futuros quitos omnino et solutos reddimus per presentes —. Huius quoque facti Testes sunt nostri fideles scilicet viri Nobiles Burchardus ex Olricus de Lyndowe Comites, Nicolaus de buck nostre curie Dapifer, Henningus de blankenburch, Henningus de stegelitz, Buffo gruwelhud, Henningus et Heydenricus de Benz, Bartoldus pincerna, Theodoricus et Gherardus de kercowe Milites, Henricus prepositus de Grandzoy. — Actum et Datum in livenwald Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>. in crastino beati Nicolai Episcopi.

Nach dem Orig. im K. Geh. Kab.-Archive.

**CXXIV.** Markgraf Woldemar bestätigt dem Pfarrer zu Gardelegen eine vom Ritter Hermann Balch beigelegte Wiese bei Rezig, am 20. März 1315.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landfberg marchio, Recognoscimus, Quod cum hermannus dictus balch, miles noster fidelis, domino petro plebano in Gardeleghe, nostro Cappellano, suisque successoribus pro remedio anime sue et sue vxoris suorūque parentum liberaliter dederit quoddam pratū, duodecim continens jugera, quod dictus petrus exstirpauit, in palude iuxta dicti militis villam dictam ketfik, cum via per quam ad dictum pratū peruenerit, et cum omni iure et vtilitate faciēda, sicut libet, quemadmodum predictus miles predicta noscitur hactenus habuisse, Ita quod nec dicti militis heredes nec dicte ville incolae in dicto prato aliquid juris sibi debeant vel audeant ammodo vendicare vel plebanum aut successorē suum quemlibet impedire, quominus sicut libet suam ibidem faciat vtilitatem et insuper locum ad construendum horreum pro feno referuando in predicta villa predicto plebano et suis successoribus omnibus villicis consencientibus expresse assignauerit; Nos nostre liberalitatis dexteram volentes extendere ad predicta, predicto petro, nostro cappellano dilecto, suis quoque successoribus predictam prati, vie ac iurium predictorum proprietatem perpetuis temporibus possidendam dedimus propter deum, volentes omnino, quod nunquam aliquis nostre proprietatis donacionem audeat violare, jsta duntaxat adiecta condicione, quod sepedictus plebanus seu successorum suorum quilibet cum omnibus suis cappellanis et custodibus nec non quibuscunque scolaribus proxima die post circūcisionem domini longas vigilias, missam et postea Commendacionem pro defunctis nostris dictique militis parentibus perpetuis temporibus tenebitur decantare, et



cuiuslibet sacerdoti duos et custodibus et scolaribus singulis singulos denarios elemosine intuitu elargiri. Item pro defunctis predictus dicti loci plebanus duas missas in qualibet Ebdomada faciet celebrari. In huius Rei Euidenciam nostro sigillo munitum dedimus presens scriptum. Testes ad hoc vocati sunt hennings de blankeborch, Bedeko marscalcus, milites, floteko prepositus Demynensis, Euerus prepositus stolppensis, Segerus prepositus stendalgenfis, hermannus plebanus in Ozzetz ac alii fide digni. Et Ego hermannus dictus balch, miles, predictis consencio et per sigilli mei appensione euidencius hoc protestor. Datum Gramzowe Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinto decimo, feria quinta ante annunciationem beate virginis.

Nach dem Originale im Breslauer Universitäts-Archive.

**CXXV. Markgraf Woldemar verkauft der Stadt Gardelegen das Schulzenamt, am 25. April 1316.**

— Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis ac Lufacie Marchio — fidelibus nostris Ciuibus Ciuitatis Gardelege vniuersis tam presentibus quam futuris contulimus et ad manus eorundem discretis viris Bethekino Spelhouel et hennynge de Nyendorpp, Ciuibus Ciuitatis eiusdem, per presentes litteras conferimus Officium prefecture in Gardelege eo modo, quo in Ciuitate stendal tenetur et regitur, tam in campis quam (in) Ciuitate Gardelege tenendum iugiter et habendum. Predicti eciam ciues predictae prefecture officium vni viro ydoneo de eorum Conciuibus vendere poterunt et cui illud vendiderint, sicut ipsis contulimus, hoc possidendum vtique conferimus. Et quod plus est, premissum siquidem officium prefecture ab incolis sepedicte Ciuitatis Gardelege nullo vmquam tempore auferre volumus aut aliquatenus alienare. Quod eciam nostri heredes et successores similiter perpetuo inuiolabiliter obseruabunt. Pro huiusmodi quoque officio prefecture et eius condicionibus prehabitis predictae Ciuitatis Ciues nobis Quinquaginta marcas Brand. Argenti et ponderis in parata pecunia persoluerunt. — Presentibus testibus nostris fidelibus scilicet Conrado de Redere, Borchardo et Gunzelino de Berthensleue, Heinricho de wardenberghe, Hennynge et Theoderico de Santerfleue, fritzone de Schepelitz, Ebelino de Ludericz, militibus, Theoderico in Grandzoy, Sestero in steindal et Euerardo in stolpp prepositis, nostre Curie Capellanis, cum aliis pluribus fide dignis. Act. et Datum in predicta Ciuitate Gardelege, A. dom. millesimo CCC<sup>o</sup> sexto decimo, die beati Marci Ewangeliste et martyris.

Nach dem Orig. im Stadtarchive. — Diese Urkunde ist fessher in L. v. Ledebur's Archiv XII. 56. nach einer sehr scharfsamen Copie von mir mitgetheilt.

**CXXVI. Markgraf Woldemar bestätigt der Kirche zu Gardelegen eine Schenkung des Ritters Balch, am 30. Sept. 1317.**

— Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio —: Cum dilectus noster capellanus Petrus rector Ecclesie in Gardelege pro remedio anime sue comparavit iusto emptionis titulo dicte ecclesie a fidei nostro milite domino Hermanno dicto Balch cum consensu